*laetitia et una voce offeramus gratiarum actionem et confessio-*  
*nen et adorationem tibi, Patri et Unigenito Filio tuo et Spiritui*  
sancto, nunc et semper et in saecula.

II. *Memento, Domine, benedicti populi adorantis nomen*  
*sanctum tuum*, qui in reverentia et fide stat coram te. *Memento,* 30  
*Domine, et eorum*, qui se nobis *indignis* commendaverunt, *ut*

1—28 Siehe vorige Seite Anm. 6—7.

19 Es ist zu beachten, daß der letzte Teil des armen. Gebetes von „Benedic etiam coronam anni“ ab bis zum Schluß identisch ist mit einem Stück aus dem Interzes- sionsgebet der armen. Cyrill-Anaphora (C.-D. S. 263, Z. 151—164; lat. Übersetzung in OC.<sup>3</sup> I, S. 152, Z. 20 bis S. 153, Z. 5).

29—31 (*Sacerdos inclinatus*) *Memento Domine congregationis hujus benedictae*  
*adorantium te, quae cum timore et fide in te stat coram te, et illorum, qui orationes*  
*infirmitatis nostrae postulant. Memento Domine omnium generaliter, et unius cuius-*

*commemoremus (eos) in orationibus nostris, virorum ac mulierum: retribue eis ex donis tuis permagnis.* Memento, Domine, et eorum, qui fructum producunt et *bona faciunt* ecclesiae, et eorum, qui obtulerunt *in hilaritate* oblationes suas. Memento, Domine, et eorum, qui voluerunt offerre et non potuerunt.

[*Suscipe, Domine, oblationes*] et decimas et *copiosas productiones* fructuum, *gratorum sacrificiorum* in odorem suavitatis *tibi*, et mitte *super nos munus bonorum* et *amplitudinem verorum donorum*, qui *omnibus auxiliator es*, et *dator beatitudinum in aeternum*, qui *copiose imples homines justitia ad opera virtutis et disciplinam pietatis*. Et catholicam ecclesiam tuam confirma *angelica custodia in fide pura et in operibus bonis, quoniam tu es largitor bonorum et dator misericordiae et tibi (sit) gloria et dominatio et honor et Filio tuo et Spiritui sancto, nunc et semper.* |

15 III. Memento, Domine, <universalium omnium> regum chri- 401 stianorum et pacifica imperia eorum, et (iis), qui sub manus eorum sunt, da, *ut in justitia currant.*

20 Esto, Domine, defensor et salvator *eorum*, et salva (*eos*) omnipotenti et forti *brachio* tuo a fame, a morte *inopinata*, a tumultu bellorum et a perniciosa *captivitate*. Pacifica quiete et tranquille

---

que singulariter, quod ipsis adjumento, (necessariumque esse potest, *add Ren.*) (secundum bonitatem tuam *add Sach.*) concedens. Eorum etiam qui praeclare agunt, et qui producunt fructus Ecclesiae tuae sanctae; eorum etiam qui oblationes obtulerunt non obliviscere: et illorum, qui offerre voluerunt et non potuerunt, recordare. (*Sacerdos elevans vocem*) Suscipe Domine oblationes (fehlt im Armen., von den Herausgebern nach *Ren.* ergänzt), decimas et primitias, fructusque pacis sacrificiorum servorum tuorum in odorem suavitatis, et retribue atque mitte nobis (eis *Sach.*), o (ut *Sach.*) retributor bone (us), gratiam donorum (divinorum *add Sach.*), amplitudinemque munera, quae ad auxilium nostrum spectant, abundantiamque aeternorum bonorum, dientes nos et illos faciens operibus pietatis et (muneribus *add Sach.*) *justitiae*, (communiens nos custodiis Angelicis *add Ren.*) (*disciplina virtutum et custodia Angelorum add Sach.*), confessione immaculata et Apostolica, quia tu magnificus in muniberibus es et tibi gloriam referimus et Unigenito Filio tuo et Spiritui tuo sancto . . . (*Populus: Amen.*)

11—14 Die Bitte für die Kirche ist aus dem 3. (syr.) Lautgebet herausgehoben: Defensor et salvator esto, Domine, Ecclesiae tuae sanctae . . . (s. u. Z. 18ff.).

15—17 Aus dem 3. (syr.) Stillgebet: Memento Domine Regum fidelium Orthodoxorum et pacifica imperium eorum, et da illis, ut subditos sibi gubernent cum aequitate (et lenitate *add Sach.*).

18—20 Entspricht dem 3. (syrischen) Lautgebet (s. o. Z. 11—14). Defensor et salvator esto Domine, Ecclesiae tuae sanctae et omnibus ovibus (spiritualibus *add Ren.*) pascuae tuae, et salva nos per fortitudinem tuam (potentiam fortitudinis tuae *Sach.*) (eui nihil impossibile est *add Ren.*) ab omni fame acerba, mortalitate perniciosa,

omnes dies vitae *ipsorum*, quia non habemus ullum aliud *refugium* et spem, nisi te solum, *ad salvandum nos ab omnibus potestatis diaboli et ab hominibus tyrannis, quoniam tu solus es omnimodo, qui vere pugnas pro nobis*, et tibi gloriam offerimus et Unigenito Filio tuo et Spiritui sancto nunc et semper . . .

5

IV. <Et ita> memoriam facimus coram te, Domine, <omnium sanctorum et justorum pristinorum et> *preces eorum offerimus* <coram te>: imprimis sanctae virginis Mariae Dei genetricis, et praecursoris <prophetae> Joannis Baptista et <sancti> Stephani primi diaconorum et protomartyris martyrum (sic) et omnis cohortis prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum et aliorum <omnium>, quorum nomina scripta sunt in libro vitae . . .

402 Elata voce: <cum quibus et nos visites benignitate tua.>|

Diaconus hic commemorat nomina sanctorum et sacerdos incensum imponit et dicit hanc orationem secrete:

15

Et cum orationes sanctorum tuorum suscipis et placaris erga nos acceptabilibus precibus eorum, quas tibi offerunt sicut incensum suaviter olens, suscipe etiam nos misericordia tua et exiguos

a bellis et tumultibus, a persecutionibus exitialibus et in tranquillitate et pace gubernanos cum cura, omnibus diebus vitae nostrae, quia non est nobis spes alia salutem consequendi nisi tu (in te *Ren.*), Domine. Destruere etiam per potentiam tuam (per robur potentiae tuae *Sach.*) potentiam illorum qui stant adversus imperium tuum, et unumquemque subjice (servituti *om Sach.*) nominis tui sancti, quia tu vitor es et bellator solus, et tibi gloriam (et gratiarum actionem *add Ren.*) referimus et Unigenito etc. . . .

**6—12 (Sacerdos inclinatus):** (Commemorantes *om Sach.*) memoriam agimus coram te et ad obsecrandum te adducimus, (primum quidem *om Sach.*) sanctam Genetricem Dei Mariam et praecursorem Joannem Baptistam, Stephanum (gloriosum et *add Sach.*) (primum Diaconorum et *add Ren.*) protomartyrem, agmenque sanctorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum et reliquorum, quorum nomina scripta sunt in libro vitae.

**12** Ein Lautspruch aus NA: Cum quibus ut et nos visites, benefice Deus, rogamus (vgl. C.-D. 688, Z. 953f. u. Br. 440, Z. 9).

**16—18 (Sacerdos elevans vocem.)** Cum (*po Sach.*, ut *Ren.*) deprecationes illorum tuorum (puras servorum tuorum *Sach.*) placide suscipis (suscipiens *Ren.*) (, Domine, *add Sach.*) (orationes eorum gratas pietati tuae acceptes *Ren.*) (et orationibus eorum deprecatoriis justitiam tuam sedes *Sach.*), nos quoque conjunctim obsecrationes imperfectas nostras coram te (cum iis *add Sach.*) simul effundimus, rogamusque et deprecamur (te, Domine, *add Sach.*), ut non avertas faciem tuam a nobis, neque in ira elongeris a nobis: non in furore tuo disperdas nos, verum secundum benevolentiam posside nos et per abundantiam bonitatis tuae parce nobis. Illumina vultum tuum super nos et super omnem populum (haereditatis tuae *Ren.*) (et haereditatem tuam *Sach.*), quia tibi placet (et justum est *add Sach.*) salutem praestare, et tua est (pax et *add Ren.*) salus; et tibi gloriam (et gratiarum actionem *add Ren.*) offerimus et Unigenito Filio tuo etc. (*Populus: Amen.*)

*suaves odores incensi et precum, quos offerimus coram sancto altari tuo, et ne avertas faciem tuam a nobis, neque iracundia corripias iraque perdas, sed secundum sapientiam tuam et providentissimam benignitatem parce nobis; et illumina nos divina 5 sapientia tua et omnes populos, <premium sanguinis Filii tui Domini nostri> ut haereditatem acceptam.*

V. Memento, Domine, *antistitum nostrorum et illuminatorum ecclesiae, sancti Dionysii, Juliani, Athanasii, <Cyrilli, Gregorii| et successorum eorum, antistitum nostrorum, qui <orthodoxa con-* 403 *10 fessione> ad te migraverunt.*

*<Imprimis etiam> rectorum gregis spiritualis *pontificum nostrorum et doctorum <et omnium ordinum ministrorum, et pii regis nostri et omnis regis christianorum; et redde pacificam et diuturnam ecclesiam tuam sanctam ad multos dies>. Et praesta 15 eis magna cum gloria in regno tuo esse, qui cum rectitudine gubernaverunt et in veritate docuerunt nos optime confessionem et fidem apostolicorum canonum. Et precibus eorum salva nos a perversis et haereticis erroribus et omnibus temptationibus et dirige (nos) in fide immaculata et inviolata, quam abs te suscepereunt, per gratiam Uni- 20 geniti Filii tui Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, quem decet gloria et dominatio.**

Diaconus dicit „Gratiarum actionem“ et sacerdos orat:

1—6 Siehe vorige Seite Anm. 16—18.

7—10 (*Sacerdos inclinatus.*) Memento etiam Domine Patrum electorum et sanctorum, Patriarcharum, et eorum qui (interpretes et add Ren.) ministri fuerunt mysteriorum sacrorum Ecclesiae tuae sanctae, maxime vero Ignatii, Dionysii, Julii, (Athanasii, Basilii, Gregorii, Dioscuri, Severi add Ren.) reliquorumque Apostolorum (sanctorum add Sach.) (et Pastorum, qui ad te migraverunt add Ren.).

11—21 (*Sacerdos elevans vocem.*) Doctores, Episcopos et rectores ovium spirituum gregis tui sacerdotalis suscipe, Domine, eos qui cum sanctitate primitias more Apostolico (cum Theologia acceperunt haereditatem acquisitam Sach.) (ceperunt haereditatis pacifica, Theologiam scilicet acquisitam Ren.) sanguine salutari (Christi add Ren.) Unigeniti (Fili add Ren.) tui, eorum qui in Ecclesiis tuis sanctis explicaverunt verbis gloriam magnificentiae regni tui (gloriosi add Ren.) et super fundamentum fidei aedificaverunt scientiam universam (verae add Ren.) religionis salubremque doctrinam: ut per intercessiones eorum puras et acceptabiles, Domine, non relinquas nos expositos insidiis et decipulis erroris multiformis dogmatum reprobandorum: verum per doctrinam patrum illorum nostrorum beatorum confirma nos et fidem illorum funda in nobis bonisque eorum nos omnes dignos effice et cum illis referemus tibi gloriam etc. (*Populus: Amen.*)

22 Mit „Gratiarum actionem et glorificationem offerimus tibi“ beginnt der zweite Teil der Diakonallitanei (vgl. Br. 442, Z. 35a). — Das mit „mortuorum“ übersetzte Wort ist in Notgir-Schrift mit Bleistift in einer Lücke der Hs. eingefügt worden.

VI. *Memento, Domine, mortuorum nostrorum, quorum hodie coram te memoriam facimus, et omnium, qui in confessione et orthodoxa fide ex hoc mundo exierunt. Memento, Domine, sacerdotum et diaconorum et subdiaconorum et lectorum et omnis ordinis ministrorum ecclesiasticorum. Memento, Domine, eremitarum | et monachorum et eorum, <qui in montibus et antris habitant, virorum ac mulierum, et omnium, qui corpus contemnunt et corporales delectationes et> secundum voluntatem tuam currunt.*

*Memento, Domine, in clementia tua et in pace suscipe corpora* <sup>10</sup> *et spiritus servorum tuorum adorantium, qui in fide in te perfecti sunt, praesertim quorum munera hodie obtuli. Quietem praesta et fac (eos) dignos habitaculis <justorum in loco> lucis et quietis, in tabernaculis et in ecclesia primogenitorum consummatorum, in copiosis exercitibus angelorum, in coelesti Jerusalem. Et misericors esto etiam in eos <et dele peccata eorum> et dona vitam interminatam, beatitudinem ineffabilem, gaudium perpetuum, laetitiam aeternam et gratiam et misericordiam et perpetuo exultare abundanter in praeparatis donis tuis; et ne condemnes eos, qui speraverunt in te, Deus Pater, et in Unigenitum Filium tuum,* <sup>20</sup> *Dominum nostrum Iesum Christum, per quem etiam nos inveniamus remissionem peccatorum et propitiationem delictorum.*

**1—5** (*Sacerdos inclinatus.*) Ut etiam eorum memineris, qui ex hac vita ad te migraverunt, te deprecamur, Domine, Sacerdotum et Diaconorum (qui coram altari tuo, Sacerdotio et ministerio functi sunt, cum puritate et sanctitate *add Ren.*), Subdiaconorum, Lectorum, Religiosorum, Monachorum et omnium eorum, (quos unusquisque animo suo designat *add Ren.*) (qui in vera fide ex hoc mundo exierunt *add Sach.*).

**10—22** (*Sacerdos elevans vocem:*) Placide et tranquille suscipe per benignitatem tuam, Domine, animas et spiritus servorum et adoratorum tuorum, qui ex hac praesenti vita ad te migraverunt, maxime vero illorum, pro quibus et propter quos hoc sacrificium oblatum est (et perfectum est. Memento eorum, quietem illis praesta et *add Ren.*), colloca eos (, miserator, *add Sach.*) in habitaculis lucis (in locis spirituum beatorum *add Ren.*) (in domibus exultationis, in locis laetitiae *add Sach.*), in Jerusalem coelesti, in Ecclesia primogenitorum descriptorum in celis; et cum memoriam quietis maxime felicem per amorum tuum erga homines praestas illis, Domine, concede illis vitam senii expertem, bona non transeuntia et delicias finem non habentes; veniam obtineant per clementiam tuam, gratiam consequantur per misericordiam tuam, abscondantur sub alis gratiae tuae, neque condemnentur, quia speraverunt in te et in Unigenitum Filium tuum, per quem nos quoque speramus misericordiam consequi etc. Vgl. auch die Anaphora der hl. Lehrer, die dieses Gebet (*Ren. 415*) aufgenommen hat.

Populus elata voce dicit: Quietem praesta, propitius esto, dimitte, Deus, peccata et vitia nostra et illorum, voluntaria et involuntaria, scita et inscita.

[Sacerdos secrete:] Propitius esto, Domine Deus noster, et di-  
5 mitte omnes iniquitates et peccata nostra et illorum, neque ratio-  
nem reposcas <dictorum et factorum>, propterea quod non justi-  
ficatur in conspectu tuo ullus vivens, neque (ullus) purus est a  
sordibus; *quia tu solus es justus | et purus inter omnes, Dominus 405*  
*Deus noster <et tibi gloria aeterna>* Obsecramus et deprecamur  
10 *incomprehensibilem et inaccessiblem misericordiam tuam: ne di-*  
*mittas e manu tua nos demersos in varia peccata, <viles et inutiles*  
*servos,> praecipitari in extremam perniciem, sed <misericordia*  
*tua> concede nobis, ut <cum laetitia> gradiamur in viis tuis et  
faciamus voluntatem tuam et perficiamus divina manda tua et  
15 fac nos stare sine confusione coram terribili solio Unigeniti Filii tui.*

Elata voce: *Quocum benedictus es, Pater omnipotens cum sanctissimo et benefico Spiritu (tuo) nunc et semper . . .*

Populus: Sicut erat et est et erit et manet in saecula saecu-  
lorum.

20 Sacerdos vertit se (ad populum): Pax cum omnibus.

Populus: Et cum spiritu tuo.

---

1—3 Dieses der NA fremde Gebet entspricht ganz dem syr. Abschlußgebet der Interzession (vgl. Jakobos-Anaphora S. 45, Z. 2—5; Br. 96, Z. 11—13).

8 et maculis peccati nisi tu, Domine *Ren.*; *Sach. om.*

9 et tibi gloria aeterna ist ein ganz unbegründeter Einschub, der eine Abschlußdoxologie einleiten würde. Das Gebet wird aber im syr. Text bei *Ren.* ununterbrochen fortgesetzt.

9—17 (Obsecramus et deprecamur abyssum imperscrutabilem clementiae tuae, ut nobis infirmis et ad peccatum propensis, veniam concedas per misericordiam tuam, *Ren.*; *om Sach.*) neque (dimittas nos in manibus *Ren.*) (mitte in nos manus *Sach.*), a quibus abripiamur in errorem (perniciosum *add Ren.*) (et scientiam malam et perni-  
ciosam *add Sach.*) quae ad interitum deducat, sed concede ut gradiamur in viis tuis et faciamus voluntatem tuam (inveniamusque misericordiam *add Ren.*) finem tran-  
quillum fiduciamque *Ren.* (perfectionem fiduciale *Sach.*) tibi placentem et con-  
sistentiam (absque confusione *add Ren.*) coram solio (terribili *add Ren.*) Unigeniti Filii tui, ut in hoc sicut et in omnibus glorificetur (et laudetur *add Ren.*) nomen tuum  
valde honorandum et benedictum simulque Domini nostri Jesu Christi et Spiritus tui  
sancti . . .

18 Gegen NA wie in der syr. Liturgie (vgl. Jakobos-Anaphora 44, Z. 12; Br. 96, Z. 28f.).

20f. Der einfache Friedensgruß, wie ihn die syr. und griech. Jakobus-Anaphora hat; die NA setzt dafür die erweiterte Form nach der byzant. Liturgie: *καὶ ἔσται τὰ ἐλέης κτλ.* (Br. 337, Z. 28f. und 444, Z. 16f.); die syr. Jakobus-Anaphora hat beides (vgl. Jakobos-Anaphora 46, Z. 3f.).

Sacerdos hoc loco ne faciat quid superfluum, ut consuetudo est Syris hoc loco frangere et consignare corpus sanctum; sed non omnibus ecclesiis haec consuetudo est. Sed postquam elevavit sanctum panem in aspectum populi, tunc dicat sacram orationem et dividat dominicum corpus, sicut ordinavit sanctus Vasilius et Nerses et sanctus Johannes. |

5

406

[Oratio ante Orationem Dominicam]

Diaconus: Cum omnibus sanctis.

Et Sacerdos orat: Vere autem *indivisibilis* es, Pater sanctus, *Filius sanctus, Spiritus sanctus, aequalis Sanctitas.* Tu es fons *misericordiae* et pater *clementissimus*, qui potenter et spiritualiter 10 »in sanctis habitas (quiescis)«; tu es genitor et *creator aeterni lumenis*, multum misericors et miserator, adjutor et auxiliator et cu-

<sup>11</sup> Is. 57, 15.

1—5 Diese polemische Rubrik ist wohl daraus zu erklären, daß in der syr. Vorlage hier die übliche Anweisung über die komplizierte Brotbrechung steht. Über die hier berührte Elevatio finde ich eine Angabe nur bei Le Brun, *Explication de la Messe. X. Diss. 18. Art.* (Pariser Ausgabe von 1778, Bd. 5, S. 297). Die Hinweise auf Vasilius (jüngere Schreibweise für Basilius) und Johannes (Chrysostomos) beziehen sich auf deren Liturgien; Nerses ist wohl wegen seines Liturgiekommentars genannt. Der syr. Text hat hier: *Diaconus dicit Catholicam. Sacerdos frangit et signat oblata. Ren.* fügt noch hinzu: *Diaconus:* Angelus. Damit können nur die mit diesem Worte beginnenden Bitten gemeint sein, die nach Rahmanis Diakonale (Šarfe, 1905 S. 420) am Schluß der Catholica anzuschließen sind und einigermaßen der jetzt folgenden armenischen Dia-konallitanei entsprechen.

7 Mit diesen Worten beginnt nach der NA eine Litanei des Diakons während der Priester das Vorbereitungsgebet zum Pater noster betet; der armén. Text (vgl. C.-D. 698, Z. 1050 u. Br. 444a, Z. 22) ist aus dem der byz. Liturgie (ebenda S. 390a, Z. 17) entnommen.

8—12 Vere enim et absque dubio (Առաջակա լ, daher „indivisibilis“ im Armen.) tu es Pater sanctus Filii sancti, qui sanctitate aequalis est cum Spiritu sancto, qui perfecte et cum summa potestate in sanctis requiescis et perpetuo sanctificationes eorum, qui te sanctificant, suscipis. Tu es fons incolumentatis et origo auxiliorum, tu es genitor misericordiae et pater clementiae, miserator, fautor, adjutor et auxiliator, curam habens pauperum, et refugium afflictorum, comes itineris navigantium, portus et requies jactatorum, refugium peccatorum, medicus bonus infirmorum, amator lacrimarum poenitentium, emundator sordium, in illis, qui inquinati sunt, (largitor donorum, thesauros divitiarum add Ren.). Tu ab initio, ab aeterno, a saeculo et perpetuo sanctus es plenusque sanctitate, sanctificator et perfector sanctorum, et nos glorificationem (sanctam add Sach.) (hymnorumque decantationem add Ren.) offerimus tibi, eam ipsam quam a Filio sancto tuo (Filio tuo dilecto amanter add Ren.) didicimus, petimusque, ut nobis omnibus praestes, ut corde puro, sed ardenter succenso per zelum laudabilem, orationes et deprecationes nostras coram te effundendo, cum mentium illuminatione, animorum castimonia, linguarumque triumphali laudatione, clamemus ad te, oremus et dicamus:

rator pauperum refugium afflictorum, *dux nautarum, portus et locus (requiei) fatigatorum, <consolator lugentium>, medicus infirmorum, emundator et sanctificator vitiorum sorditudinis:* Tu es a principio et ab initio et ab aeterna *essentia*; sanctus et sanctificator et perfector sanctorum. *Et nunc oramus et petimus abs te: fac nos dignos tali benedictione pura mente et ferventiori amore et electis hymnis — elevata voce — continua voce clamare ad te et dicere: |*

Populus brachiis extensis dicit: »Pater noster, qui es in coelis, 407  
10 sanctificetur.«

[Sacerdos:] Domine, ne permittas nos jactari vexationibus mundanis, diabolicis *dolis, sed concurre nobis omnibus, ut contrito corde et humili spiritu adoremus majestatem tuam.* »Et ne avertas faciem tuam« a nobis neve immisericors *affligas nos.* Et ne rejicias nos ab auxilio tuo, sed converte te ad nos, et mitte *<misericordissimam> gratiam tuam super nos, quoniam regimen omnium habes,* et tibi gloriam et gratiarum actionem cantamus et Unigenito Filio tuo et sanctissimo Spiritui, nunc et semper . . .

Populus: Amen.

20 Sacerdos: Pax cum omnibus.

Populus: Et cum spiritu tuo.

Diaconus: Coram te, Domine misericors, capita nostra inclinamus.

Populus: Coram te, Domine.

[*Oratio inclinationis*]

25 Sacerdos secrete: *Te omnes creaturae, coelestes et terrestres naturae, adorant, <misericors Deus Spiritus Sancte,> cum |*

9f. Mt. 6, 9f.; Lk. 11, 2f.

13 Ps. 26, 9 u. ö.

1—8 Siehe vorige Seite Anm. 8—12.

9 Die Anweisung „brachiis extensis“ entstammt der NA.

11—18 Ne, Domine, permittas nos jactari vexationibus mundanis sive diabolicis, ultra id quod possumus, ita ut omnino in infirmitate, aegritudine et confractione cordis simus et a domestica familiaritate tua alieni efficiamur, si nostri curam non habueris. Ne sis immisericors, Domine, neque (avertas faciem tuam a nobis *add Ren.*) procul facias auxilia tua, sed aspice nos et mitte gratiam tuam ad nostrum subsidium. Ab omnibus criminibus libera nos neque inducas nos in tentationem, quia tibi est potestas et imperium aeternum, et tibi gloriam et gratiarum actionem referimus . . .

22 NA hat: Adoremus Deum.

25f. Das folgende Gebet bis S. 76 Z. 6 ist wörtlich gleichlautend mit einem Stück, das in der armen. Liturgie des hl. Gregor von Nazianz zwischen Trishagion und Ein-

408 quibus et nos inclinantes cervices nostras, petimus ab amore tua largo, <mitte innovatorem Spiritum (tuum) sanctum et verum>  
*ad sanctificandum et purificandum nos ab omnibus vitiis, et praesta nobis, ut intrepide, et impavide et indemnate accedamus ad vivificans et incorruptibile corpus et sanguinem Dei et Domini nostri Jesu Christi — <elata voce> — cum quo tibi, Spiritui sancto, et Patri omnipotenti gloria, dominatio, et honor, nunc et semper...*

Populus: Amen.

Sacerdos ter adorat altare sanctum et vertit se ad populum, cruce signat (eum) 10 et dicit elevata voce:

Gratia sanctae Trinitatis increatae et aeternae cum omnibus vobis.

Diaconus: Πρόσχωμεν.

Sacerdos: In sanctitatem sanctorum.

15

Populus: Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus. Benedictio Patri et Filio et Spiritui sancto et nunc et semper.

Sacerdos dicit: Unus Pater sanctus nobiscum, unus Filius sanctus nobiscum, unus Spiritus sanctus nobiscum.

20

---

setzungsbericht steht, von dem Herausgeber aber zur Epiklese gestellt wurde, C.-D. 250, Z. 112—118; S. 207, Z. 19—26 der lat. Übersetzung von Ferhat in: OC.<sup>2</sup> I. Sonderbar erscheint es, daß der Hl. Geist, an den das Gebet gerichtet ist, gebeten wird, den Hl. Geist zu senden. Die NA hat hier das Inclinationsgebet (Br. 446, Z. 30ff.) ebenfalls zu einem Gebet zum Heiligen Geist ausgebidet. — Der syrische Text lautet: (*Sacerdos elevans vocem:*) Cum omni natura et creatura coelestium et terrestrialium, quae te adorat, Domine, ut animo concipimus, nos quoque adorationem veram cum cervicis demissione tibi offerimus; et a summa caritate tua postulamus, (ut illumines *Ren.*) (orna *Sach.*) veritate tua, munda nos hyssopo tuo (gratiae tuae *Sach.*), sanctifica nos sanctitate tua, converte nos ad timorem tuum, (placeat tibi, ut mittas nobis benedictiones tuas, *add Ren.*) et in hunc modum atque talibus (bonis *add Ren.*) (abundanter *add Sach.*) locupletans nos, ne (permittas, ut *add Ren.*) rei accedamus ad communionem hanc vivificam corporis et sanguinis Unigeniti Filii tui, (per quem *add Ren.*) et cum quo te decet gloria et imperium cum Spiritu tuo sancto —.

12 Dieser der NA fremde Text entspricht ganz der syr. Liturgie, s. Jacobos-Anaphora S. 52, Z. 2—3.

14 Πρόσχωμεν allein hat NA mit der byz. Liturgie; die syr. Liturgie hat Μετὰ φόβου πρόσχωμεν.

15 Entspricht der NA; vgl. die Bemerkungen in OC.<sup>3</sup> I, S. 155.

16—20 Der Wortlaut der Texte stimmt gegen NA mit der syr. Liturgie überein.

## [Oratio Communionis]

Et deinde inclinatur et orat et ter adorat et osculatur altare et dividit panem sanctum siccum in patena:

Juste et | vere te decet *adoratio* a nobis digne (reddenda), 409  
 5 *gloria et honor et gratiarum actio gloriae* indesinentis. Qui nos dignos fecisti tali *inenarrabili* bono <et misericordia>, *quae ne coelestibus quidem et incorporalibus praeparasti*. Et nunc rogamus <et petimus> ab infinita misericordia tua: ne »convertas festa nostra in luctum neve cantica nostra in ejulatum«, neve 10 dejicias capita nostra *et erubescere facias* in die novissimo, *in judicio universali*, ubi omnia verba cessant et opera regnant, ubi angeli <et archangeli et omnes coelestes virtutes> in timore <et tremore> stant, et Unigenitus Filius tuus <aeque (sine personarum acceptatione)> judicat <et remunerat secundum opera uniuscujusque. 15 Tunc viles et vacuos bonis operibus ne despicias,> sed secundum misericordiam tuam propitius esto et ne in judicium vel condemnationem reputes nobis *divina munera*, sed in sanctitatem et *illuminationem et in praemium* vitae et salutis.

Sacerdos: Pax cum omnibus.

20 Populus: Et cum spiritu tuo.

Et post communionem Diaconus dicit: Coram te, Domine, capita nostra inclinamus.

Populus: Coram te.

8f. Vgl. Tob. 2, 6; 1 Makk. 1, 41; Amos. 8, 10.

3 Die hinzugefügte Bezeichnung „trocken“ soll wohl besagen, daß die Hostie noch nicht in den Kelch getauft worden ist, was nach der NA nach einem kurzen Gebet (s. Br. S. 448b) geschieht oder es liegt eine Ablehnung des syrischen Brauches, die Hostie mit einer eingetauchten Partikel zu „bezeichnen“, vor.

4—18 Juste et secundum veritatem, valdeque rationabiliter debentur magnificentiae tuae, laudes omnes indesinentes, hymni et exultationes (triumphales *add Ren.*) (*sanctae add Sach.*), quia fecisti nos dignos per clementiam tuam dono hoc bono et coelesti alimenti hujus incorruptibilis: rogamusque amorem tuam erga homines (ineffabilem *add Ren.*), ut non convertas festa nostra in luctum, neque cantica nostra in ejulatum, neque dejicias capita nostra coram judicio, neque erubescamus in die novissimo, in quo unusquisque (congruam *add Ren.*) remunerationem accipiet, cum Angeli in timore consistent et Unigenitus Filius tuus judicabit. Sed quemadmodum summe misericordem erga nos te exhibuisti, parce pusillanimitati nostrae, non in judicium aut condemnationem reputans nobis hoc munus tuum, sed ad sanctitatem et viaticum salutis nostrae. Et te decet gloria, honor et imperium, simulque Unigenito Filio tuo et Spiritui sanctissimo tuo . . . Populus: Amen.

19—23 sind aus der syr. Liturgie entnommen.

Sacerdos vertit se ad populum et communicat dignos divina Eucharistia et cruce signat, et convertit se ad altare sanctum et abluat summitatem digitorum utriusque manus vino et aqua et abstergat cum attentione.

[*Oratio in medio ecclesiae*]

Et cum omnia completa sunt secundum ordinem, sicut et in aliis liturgiis scriptum 5  
est, descendit sacerdos in medium ecclesiae et dicit.

- 410     *Gratias agimus | tibi, qui natus es ante saecula a Patre lumenis aeterno, et in ultimis diebus incarnatus es e sancta Virgine Maria Dei Genetrice sine mutatione; oramus <et petimus a te>: protegas nos dextera tua, et sacerdotes altaris sancti, et diaconos 10 et omnes ordines ministrorum conserva in sanctitudine, senibus subveni, juvenes educa, et effice ut in castitate ad virilem aetatem perveniant altiore scientia, aegrotis sanitatem praesta, <et captivos libera, vincitos solve,> maculatos peccatis ablue, virgines custodi in sanctitate signo crucis tuae <immaculatae>, conjugatos <salva et> lectum eorum in puritate et pudicitia custodi, esurientes pasce, adjutor esto orphanis et viduis. Et qui acceperunt sanctum corpus et sanguinem, parce peccatis eorum, et omnem populum tuum, viros ac mulieres, senes ac juvenes, peccatores ac justos, redemptos sanguine tuo congrega in aula tua <in 20 excelsa Jerusalem, ubi omnes sancti in unum congregati sunt>. Et nos dignos fac, Domine, divina visione tui, et introduc in nuptias tuas; mentes nostras firmas fac in <timore tuo et> di-*

**7—23** (*Sacerdos elevans vocem:*) *Tibi, qui genitus es ab aeterno, ex lumine aeterno, et incarnatus es absque ulla mutatione ex utero virginale, gratias agimus, et ut requiescat dextera tua super nos omnes perpetuo, postulamus. Sacerdotes altaris tui gloria affice, et ministrantes tibi in honore constitue; senes mansuetudine orna et adjuva, impetus juvenum coerce, pueros educa in modestia, et ad summum scientiae apicem perducito. Sana, Domine, infirmos, ablue maculas peccatorum, obsigna cruce tua virginis, custodi lectum conjugatorum, mitte egenis saturitatem, esto orphanorum curator et confortator viduarum. Parce illis, qui acceperunt corpus tuum, et eos, qui biberunt ex sanguine tuo, perfecte purifica. Benedic illis, qui per crucem tuam salutem consecuti sunt, sanctifica etiam agnos gregis tui, oves tuas adduc ad ovile tuum, agnos tuos in doctrinis tuis confirma, unumquemque in gradu et ordine suo visita per misericordiam tuam. Nos autem, Domine (sacerdotes tuos *Sach.*) (servos tuos et sacerdotio fungentes tibi *Ren.*) dignos effice visione tui, nos omnes adduc ad habitaculum tuum; mentes nostras firmas effice in dilectione tua, oculi nostri videant majestatem timendum tuam, ora nostra repleantur sanctificationibus tuis, labia nostra, Domine, laudes tuas pronuncient, Patrisque tui benedicti et beati et Spiritus tui vivi, sancti, vivificantis et tibi consubstantialis. *Populus:* Amen.*

**21** unum ist sinngemäß in einer Lücke der Hs. von den Herausgebern eingefügt.

lectione, et illumina oculos nostros ad videndum te, et imple ora nostra benedictione <et mentes nostras gaudio et laetitia>, | et 411 labia nostra dispone ad glorificationem, ad benedicendum te cum Patre et Spiritu sancto nunc et semper . . .

5 Sacerdos: Plenitudo . . .

Et distribuuntur Eulogiae et dimittitur (populus) in domos.

---

1—4 Siehe vorige Seite Anm. 7—23.

5 Der Volltext dieses aus der NA entnommenen Segensspruches lautet: Plenitudo legis et prophetarum tu es Christe salvator noster, qui adimplesti omnem Patris dispensationem, reple etiam nos Spiritu sancto (vgl. C.-D. 718, Z. 1279f. u. Br. 456, Z. 2—4).

6 Zur Eulogienverteilung s. Br. 457 und Le Brun, *Explication de la messe, X. Diss., 22. Art.* (Pariser Ausgabe von 1778, Bd. 5, S. 354).